

Calebi Trygophori Corbacensis Hassi Profess. Philos. Orationum ... nempe Funebrium, quae diversis temporibus post deductiones exsequiales pro more Academ. Francof. ante aedes recitatae & scriptae. ad Danielelem & Joannem-Adamum de Straussen in Hohen-Kränigk & Hansebergk hereditarios (2)

#### Mehrbändiges Werk

|                            |  |
|----------------------------|--|
| <b>Dokumenttyp:</b>        | Mehrbändiges Werk  |
| <b>Titel:</b>              | Calebi Trygophori Corbacensis Hassi Profess. Philos. Orationes Sollemnis, Funebres, Miscellae. diversis temporibus In Academia Francofurtana habitae & recitatae ab Autoris Genero noviter recogniae & tertia parte auctae |
| <b>Verfasser:</b>          | Trygophorus, Caleb                                       |
| <b>Ausgabebezeichnung:</b> | ... noviter recogniae & tertia parte auctae  |
| <b>Erscheinungsjahr:</b>   | 1622   |
| <b>Erscheinungsort:</b>    | Frankfurt, Oder<br>Weimar  |
| <b>Verleger/Drucker:</b>   | Hartmannus<br>Gueth<br>Herzogin Anna Amalia Bibliothek Weimar  |
| <b>Sprache:</b>            | Latein   |
| <b>Sammlung:</b>           | VD17-Digitalisierung der HAAB Weimar   |
| <b>EPN (Digitalisat):</b>  | 1706482825   |
| <b>EPN (Originalwerk):</b> | 1517599008   |
| <b>Zugriffslizenz:</b>     | Alle Rechte vorbehalten  |

|                                  |   |
|----------------------------------|---|
| <b>Dokumenttyp:</b>              | Band  |
| <b>Titel:</b>                    | Calebi Trygophori Corbacensis Hassi Profess. Philos. Orationum ... nempe Funebrium, quae diversis temporibus post deductiones exsequiales pro more Academ. Francof. ante aedes recitatae & scriptae. ad Danielem & Joannem-Adamum de Straussen in Hohen-Kränigk & Hansebergk hereditarios |
| <b>Bandzählung:</b>              | 2   |
| <b>Verfasser:</b>                | Trygophorus, Caleb    |
| <b>Ausgabebezeichnung:</b>       | [Electronic ed.]  |
| <b>Erscheinungsjahr:</b>         | 1622  |
| <b>Erscheinungsort:</b>          | Frankfurt, Oder   |
| <b>Verleger/Drucker:</b>         | Guth<br>Hartmannus  |
| <b>Umfang:</b>                   | [160] Bl : 8°   |
| <b>Sprache:</b>                  | Latein  |
| <b>Sammlung:</b>                 | VD17-Digitalisierung der HAAB Weimar  |
| <b>Signatur:</b>                 | 8° XXXVII : 218   |
| <b>EPN (Digitalisat):</b>        | 1706483708  |
| <b>EPN (Originalwerk):</b>       | 1517598591  |
| <b>URN:</b>                      | urn:nbn:de:gbv:32-1-10026200488   |
| <b>Bildanzeige gem. UrhG ab:</b> | 2001  |
| <b>Zugriffslizenz:</b>           | Alle Rechte vorbehalten   |

Seiten [51] bis [54]

CALEBI  
TRYGOPHORI  
Corbacensis Hafsi  
PROFESS. PHILOS.  
ORATIONUM  
Secunda pars  
nempe  
FUNEBRIUM,

*qua*  
*diversis temporibus*  
*post deductiones exsequiales*  
*pro more*  
*Academ. Francof.*  
*ante ædes*  
*recitata & scripta.*

*ad*  
*DANIELEM & JOANNEM-*  
*ADAMUM de Straussen*  
*in Hohen-Krönig & Hanseberg*  
*hereditarios.*

---

Typis FRID. HARTMANNI  
Impensis MARTINI GUTHS.  
ANNO  
M. DC. XXII.

stum, & angelos remiges: tandemque  
ex tabernaculis his jucundum transi-  
tum ad civitatem illam, ubi excipiet  
infirmis sanitas, timorem securi-  
tas, mortem immortalitas, finem æ-  
ternitas.

XII.

*In funere*

AVE SCHVVARTZEN Dn. D.

MARTINI BOLFRASII: piæ memo-  
riæ Cancellarii Megapolen-  
sis viduæ.

**Q**UI olim Ecclesiam turbârunt,  
Manichæi. Magnifice Dn. Re-  
ctor. Manichæi ei inquam inter a-  
lios errores quamplurimos, hunc eti-  
am aluerunt: Præsentiam DEI colligendam esse ex colorum pulchritudi-  
ne: quæ sententia, aut vanissima est,  
aut ad pulchritudinem hominis inter-  
nam ac spirituales referenda est. Ec-  
clesia enim DEI sponsa in allegorico  
sapientissimi regis cantico, se simul &  
nigram & formosam pronunciat: ni-  
gram & despicabilem per naturam, for-  
mosam autem & amabilem per gratiam.

Gg 3

Necue

Neque enim aut corporum humano-  
rum formositas allicit, aut deformi-  
tas ejicit DEUM; sed fidei & actionum  
puritate delectatur ille ac tenetur, im-  
puritate earundem offenditur & amit-  
titur. Quin ideo ex nitidissimo maje-  
statis suæ folio ad nos descendit splen-  
dor æternæ gloriæ, unigenitus DEI fi-  
lius, ut labem istam detestandam, qua  
Diaboli invidia & malicia nos turpis-  
sime fœdaverat, ac denigraverat, ab-  
stergeret; conspurcatumque Divinæ  
sapientiæ imaginem in nitorem pristi-  
num vindicaret ac reduceret: quâ de-  
re non solum templa sacra hoc Adven-  
tus tempore personant, sed hodierni  
etiam funeris solennitas mentionem  
aliquam nobis objicit. Matrōna enim  
honestissima, AVE SCHVARTZEN,  
quæ nomen a Pontificiorum supersti-  
tione, cognomen à gentis origine tra-  
xit, minimè atra aut obscura fuit si  
considerentur clarissimi viri à quibus  
vitam duxit, cum quibus vixit, & qui-  
bus vitam secundum Deum ipsa tribuit.  
Doctorem enim Juris clarissimum ha-  
buit

huit patrem Dn. IOANNEM SCHVARTZEN, ante annos complures in Academia hac Professore Publicum Doctorem juris habuit maritum Dn. Martinum Bolfrasium, Dn. Michaelis Bolfrasii, Consulis quondam in hac urbe primarii, filium, qui apud illustriss. & optimum Principem Megapolensem Udalricum per annos 13. Consilarii & Cancellarii munere cum laude defunctus est. Doctorem juris habuit Sororium, virum magnificum & excellentiss. Dn. Ioannem Copum Seniore, Illustrissimorum Electorum consiliarium intimum. Doctores juris habuit filios. Dn. Michaellem, & Dn. Georgium Henricum, Bolfrasios; illum quondam Academiae huius Syndicum, postea Cancellarium Sonneburgensem prudentissimum ac integerrimum, fato heu nimis propero sublatum! hunc haecenus Scabinatus Halensis assessorem, nunc etiam Cancellarium Mansfeldensem eloquentissimum. Doctorem juris habuit nepotem Dn. Fridericum Bolfrasium, Michaelis

Gg +

chaelis

chaelis filium, qui nuper summum in  
utroque jure gradum Basileæ obtinuit.  
Doctorem habuit generum Dn Ioan-  
nem Straubitium Medicum Stetinens-  
sem, qui vitam fatis, uxorem cessit  
alteri. Doctorem denique juris habuit  
neptis Margaretæ ex Margaretâ filiâ  
maritum, Dn. D. Balthasarem Cami-  
næum, Academiæ hujus Professore,  
eximium, Compatrem & collegam  
meum honorandum: ex quorum o-  
mnium insigni claritate non potuit  
non coruscare plurimum. Ave hæc  
Schvartzia Nigredinem interim, ut  
mortales omnes, retulit ex venenato  
Serpentis antiqui anhelitu: nec evita-  
re potuit crucis æstum, & furvas cala-  
mitatum nebulas; sed eo ipso etiam  
nomine cum Ecclesia sese atram profi-  
teri coacta est. Patrem enim tenella  
admodum amisit; & post mariti caris-  
simi obitum annos septem ac viginti  
traduxit vidua: quæ vita quantis æ-  
rumnis obnoxia sit, verbis si compre-  
hendere coner, cum Poetâ Icarix nu-  
merum dicere coner aquæ. At verò Re-  
demptor

demptor gentium sponsam hanc suam  
in sacrosancto Baptismatis lavacro à  
peccatorum sordibus mundissimo suo  
sanguine perpurgavit : & parenibus  
orbatam avunculo Dn. VVolfgango  
Gutenbergero alias Halles dicto, e-  
ducandam tradidit ; à quo non ut pu-  
pilla à tutore , sed ut filia à parente nu-  
trita , & ad pietatem ac muliebris cu-  
ræ studia liberaliter fuit informata : a-  
deò ut anno ætatis 18. in matrimonium  
eligeretur ac duceretur à Dn. D. MAR-  
TINO BOLFRASIO, cujus paullo ante  
memini ; cujus demortui vices sponsus  
coelestis subiit, ac ne Diaboli aut im-  
piorum hominum insultibus oppri-  
meretur ipsa sedulo præcavit. Nam,  
ut maximè interdum afflicta curis ,  
morbis , ac tentationibus , ex Salomo-  
nis cantico exclamare didicerit : Indi-  
ca mihi, ó quem diligit anima mea , u-  
bi pascas , ubi cubes in meridie , in me-  
dio curatum ac mœrorum æstu ! mox  
tamen respiravit refecta Divini Spiri-  
tus aura , sibi que præsentem DEUM ex-  
perta est , à quo desertam se esse autus  
mabat.

mabat. Quemadmodum scilicet luna  
semper habet annexum maculae ali-  
quid umbræque terrestris; & colores  
mixti vergunt ad nigredinem: ita cor  
humanum vix reperitur sine aliqua  
terrenæ vanitatis macula: & si amor  
mundanus ac cœlestis confundantur,  
pietatis candori labes adspargitur. Ita-  
que multoties sapientissimus Pater af-  
flictionum ignem immittit illis quos  
diligit, ut vitiorum æruginem exedat,  
& nitorem DEO placentem inducat.  
Verè enim DEUS, ut loquitur Augusti-  
nus, non infert nobis bona sua, nisi  
auferat mala nostra: & tantum illa cre-  
scunt, quantum ista minuuntur: nec  
illa perficiuntur, nisi ista finiantur.  
AVE certè hæc SCHVURTZEN manifes-  
tam DEI præse tulit præsentiam, cru-  
cis bajulatrix avidissima, verbi Divini  
auscultatrix avidissima, malorum deni-  
que omnium victrix felicissima. Nam-  
cùm, ut antea morbos alios, ita anno  
superiore proximo hemiplexiam su-  
perasset, jamque acceleraret ad vitæ  
annum octogesimum, quam ipse Mo-  
ses

ses ætatis humanæ constituit apicem; tribus ab hinc septimanis defluxionem gravem experta est: quam cum spiritum interclusuram animadverteret, mox saluari corporis & sanguinis Christi viatico devotè sumpto ad instans inter se accinxit, ac die 27. Novembris, circa 7. matutinam inter preces & suspiria, vitæ hujus satura, placidè emittit animam ad consortium beatorum; ubi nunc induta stolam albam consistit ante thronum Altissimi, & in conspectu Agni immaculati laudes Sponsi sui prædicat. Corporis exuvias quòd tam honorificè ad cœmeterium deduxistis, viri magnifici & excellentissimi, juvenes doctissimi & politissimi, gratissimum est matronæ demortuæ propinquis & affinibus clarissimis: qui se ad omnia grati animi studia offerunt: veneraturi æternum Numen, ut tempore hoc turbido & morbido vos defendat ab omnibus illis, quæ aut inficere corpus possunt, aut obnubilare animum.

In